

Illustrissimus Princeps Fridericus Comes Palatinus Rheni, Dux Bavarie, sacri Romani Imperii Elector & auditus
 quod Henricus Snellius et Christophorus Martius J. U. Doctor,
 Legati Serenissima Regina Angliae s. sua Celsitudini
 exposuere.

At primum Celsitudo Majestati Regiae ob dictam salutem
 veterisque amicitiae, inter Angliae Reges ac domum Pala-
 tinam commemorationem, plurimas gratias agit. In
 eorum Actis Regia erga se avitam, amorisque plenam
 benevolentiam agnoscit, in qua retinenda atque colenda
 sua Celsitudo quibuscumque officiis poterit, nihil proster-
 mittet.

Quod autem ad praesentes Galliae regni turbas attinet, vi-
 det Regiam Majestatem eas tum prudenter, tum Christia-
 na commiseratione, ponderasse: Queniammodum et sua
 Celsitudo cum nonnullis Principibus Germaniae puram
 Evangelij doctrinam profitentibus, has statim ab initio
 Reipublicae Christianae periculosas fore, nostraque Religioni
 imprignis eversionem minari judicaverunt. Ideoque et dedisse
 operam, ne milites Germaniae in Galliam proficiscerentur, qui
 hostibus Evangelij inserviret; et communi consensu am-
 plissimam Legationem instituisse, quae civile incendium
 restingueret, dissidentesque partes ad pacis studium com-
 moveret. Sed frustra hos pios conatus cecidisse, dum
 milites in illorum ditio nibus conscripti, qui a nostra re-
 ligione prorsus alieni sunt: Et legatio, quae Argentoratium
 usque processerat, eo tempore ab altera parte, nondum ma-
 tura inutilis, minimeque necessaria judicata fuerit.

Cum verò palam constet, hanc sanguinariam tragoediam
à Pontifice Romano commàri priorum hoste foveri, et
omnibus viribus promoveri, nec eam solùm Galliam inter-
nis adibus nunc atterere, verùm etiam vicina regna, quae
ejus crudelissimùm jugum exiissent, jam dudùm suis impijs
cogitationibus atq; consilijs ad consimilem vastitatem nos-
tasse et designasse. Rectè ac piè Mjtas Regia sentit,
Principem Condensem cum suis adherentibus in optima ca-
sa non deserendos, sed maturis auxilijs adjuvandos, hostili-
bus turbulentis machinationes, quoad ejus fieri potest, impedi-
endas atq; frangendas esse. Cùmq; Andeloty nunc alia
quot millia lectissimorum equitum atq; peditum ex
Germania in Galliam ad Condensem adducat, isq; cum
his copias jam in praecontactu sit, arbitratùr sua celsitudo
si Mjtis Regia milites quamprimùm trajicerent, fore
ut hoc accessio subsidiorum hosti maximam terrorem
pius verò insignem levationem sit excitatura.
Ceterùm Majestati Regiae in his difficillimis temporibus
consultum videri, ut inter Reges, Principes, omnes
deniq; ordines ac status, quotquot per hanc servitutem
Papisticae Tyrannidis jugum turpiter ferre volunt, com-
mune foedus, ad omnium defensionem incedat, celsi-
tudinem suam non improbare, imò maxime necessariis
judicare, ut inter eos, qui se in libertatem Christianam
vendicarunt, pius et amicus confersq; exdet. Ad quem pro-
movendum, quacumq; data occasione, atq; opportunitate
libenter suum studium operanq; collocabit.
Exsere etiam inter nonnullos Principes vera Religio-
nis saltem animorum consensum, et in eum finem di-
rectum, ut si quis causa Evangelicae doctrinae injusta

35
vi gravetur, communi defensione, ceterorum teneatur.
Verum quod ad commune foedus faciendum attinet, requi-
rere hanc rem gravem deliberationem, nec unius Principis
aut Status esse, quinquam de ea discernere. Estimare
tamen liberam minimeque coactam consociationem plus
fidei et adjuventi, quam strictam foederum religionem
habituram. Quae si Regia Majestati non displiceret, fa-
cile in ea non postremum locum obtentaturam, paribusque
officiis Christiana amicitia fructuram.

Porro cum sua solitudo intelligat, praedictos Legatos
velle quoque reliquos Principes Mjts. Regis nomine invi-
sere, et cum illis hac de re conferre, paratam esse, intelli-
gere suam solitudinem, quid coeteri in hoc negotio
statuendum censerent, nihilque praetermissuram esse
in his, quae ad fovendam et conservandam annuorum
conjunctionem, in propaganda vera Religione, con-
ferre videbuntur.

Hae breviter solitudo sua Legatis Regis respondere,
voluit, a quibus petit, ut Mjti Regis suam animi sin-
gularem propensionem in omni genere officiorum
deservant, atque tum Regno Anglicano nomine Palatine
familiae diuturnam pacem, puroque Religionis constan-
tem progressionem praestentur. Signatum Heidelbergae
Calendis Septembris Anno Domini 1562.

M. Nicolaus Schaubronck. Lutetiae

Pax Christi.

Nihil potius contempere optabile in vita, quam quod
his postquam temporibus in Galliam venisti, quum
ea ibi gerantur, quae omnis posteritas lingua et
literis celebraret. Felicitatem istam quo tunc tuis
te uno, tanta vehementer tibi gratular, et Deo pro
eius in te benignitate gratias ago. Scripsisti de

31.)

[= Mser. A. 4 =

N. 109]